



**Tres eruditae Vdalrichi Hugualdi epistolae, quarum ultima[m]  
legant qui hodie Euangelistas persecuntur, & caueant, ne  
laccessitus ad arma deposita redeat. Pax ecclesiae Christi, sed  
non iniqua, triumphante, scilicet, contra mendacia, Euangelio.**

<https://hdl.handle.net/1874/429988>

**S**  
**TRES ERVDI**

**TAE VD ALRICI HVGVALDI EPI**

stolæ, quarum ultimã legant qui hodie Euan-  
 gelistas persequuntur, & caueant, ne la-  
 cessitus ad arma deposita redeat.

**PAX ECCLESIAE CHRISTI,**  
 sed non iniqua, triumphante, scilicet,  
 contra mendacia, Euangelio.

## IOAN. PETERVS LECTORIBVS.

**Q**uia proximis diebus ædita a me epistola, ad Tiguriam Eccle-  
siam scripta, Doctorum & honorū nulli displicuit, usum est  
& his tribus, quas ex innumeris selegi, etiam autore nesciente  
periclitari. Cām autē cur id faciā accipe. Hugualdus a calūniatoribus  
otiosa, scilicet, sacrificulorum turba iam diu grauiā perpeffus, ppter  
ueritatē, quā magno & pio animo uiuā, ut dicitur, uoce, primū apud  
rem aggressus est, sed, ut ipse putat, leuiter & puerliter, ne proderet  
se quid posset. Sperauit enim Romanensem nunciū, qui cum aderat,  
contra ueritatē, tali eius patrono, mendaciorum causam acturum  
apud Helueticos, quorum pietas, fortitudo, & prudētia tanta est, ut  
mendacia ingentem facturam fecissent. Nam hugualdus se cōtra iam  
quita em, dolos, & seductionem, probe armauerat. Postq̄ uero iam  
uideret se hac spe frustratum. (Astutus enim & supbus impostor aut  
callidum hoc consiliū intellexit, aut eum contempsit) ad ingenium  
redit, quod est pacificum, & post hac uel in angulo in studijs suis la-  
tebit, uel scribet aliquid quod mortaliū nemini noceat, quodq̄ cum  
omnium pace fiat. Ideo ad dominum Vdalricum çinck, epistollum  
nouissime scriptum, ædere libuit, ut n̄, quibus hodie cum Evangelica  
ueritate bellum est, intelligant Hugualdi animum, ne aliquid contra  
eum agant (quod profecto ita ille non curat ut irasciturus sit mihi q̄  
in hac re p̄ eo sollicitus sum) Si enim debent ueniam fratri reprehē-  
ssionem audientī, quanto magis debent ultro ab instituto desistentē,  
præcipue in re tali. Cogitent illud beati Augustini: Nihil ita probat  
uirum spiritualem, q̄ peccati alieni tractatio, cū liberationē eius poi-  
tius q̄ substantiationem, potius q̄ auxilia q̄ conuitia meditatur, non  
q̄ sint spirituales, qui plus q̄ carnales sunt, sed q̄ sic haberi uolunt.  
Diligenter caueant ne mundus uideat eos Ethnicis, tyrannis crude-  
ligione Christi descipientibus, quantumlibet libere & irreuenter eis  
in faciem loquerētur. Nō hæc dico q̄ existimem Hugualdum quicq̄  
peccasse, sed q̄ ipsi sic putāt, aut certe uideri uolunt. Valere lectores  
post hac nihil, ab Hugualdo factum, in hoc scribendī genere lecturi,  
nisi pax non concedatur.

**A**ntichriste dabis pœnas, tibi nam furor instat  
iam iam uenturi, nocte silente, dei.

**H**æc sic receptui Hugualdus cecinit, cauetē ne reuocetur, iuuenis est,  
in dies fortior efficitur, in has harenas nuncq̄ reuersurus, nisi lacessi-  
tus redire cogatur. Incastigatā licentiā, & contumeliosam improbi-  
tatē, & uere semper odiuit & abominatus est, iā uero ita se gesturū  
est, ut nulla talis suspitio in ipsum cōpetat.

**H**IERONIMO ARTOLPHO RETHO.  
VDALRICVS HVGVALDVS,  
SALVTEM DICIT.



**S**SET NE grauitas, tibi qđ petis  
negare, an difficilias periculosiusq;  
prestare, diu multumq; dubitauit;  
grate enim mihi iure esse debet, tibi  
amico tam singulari, negare ulla  
rem, nedum illam, quam tibi curæ  
esse trahemēter & gaudeo & lætor;  
maior autē est q̄ cui uires, siue inge-

nij, siue eruditionis sufficiant, præterea periculosissima.  
Quanc̄ tu me ad periculi cōtemptum pie & fortiter hor-  
taris: nempe sic Christum a suis exigere, ut homo cōtem-  
nat animam suam, ppter regnum cœlorum: & Christum  
gladium non pacem misisse. Gladus ille, mihi Hieronyme,  
nos etiam dissecuisset, si alius tuus animus in ueritatē fur-  
isset, nam statui plane, patrem & matrem, omnes amicos  
linquere, & creaturæ nulli parcere prorsus, propter deum.  
Quo animo autē a puero petas ea quæ domi habes, & mi-  
hi a te petenda essent, non ignarus sum: partem mihi oc-  
casionem enim Christianæ Philosophiæ studiū præbere,  
partim animū meum in te probare studes, atq; etiam iudic-  
ciū meū in his rebus scire desideras, & fortassis amor mei  
aliquid posse me credit, illi enim oīa mea, quātumcunq;  
puerilia, placēt, aggrediar igitur, qñ non effectum, sed ani-  
mi mei uolūtatem, experiētiā, conatumq; petis.

**P**rimum, acta Romanensium contra Lutherum, non  
sunt tales nugæ, ut priuatim uel possint uel debeāt scribi,  
quamobrem ego iam malo nihil dicere q̄ parum. Cum  
A ij alijs

AD HIERON. ARTOLPHVM

alijs Romanensium abominationibus propediem a doctis publicabuntur. Ego scelera, mea infantia assequi non possem, audio quosdam viros huic materiae pares, ad hoc accinctos, qui non nesciunt scelerum turpitudinem & sceditatem non minori utilitati futuram, quam benefactorum laudem. Nec vero alia expectes quam scelera & abominationes, non solum non spiritus sancti opera sed ne humana quidem. Quid hodie de spiritu sancto ex Roma sperandum, quando olim ditum Hieronymum non est passa libram de spiritu sancto adere atque nec scribere, sed statim Pharisaeorum senatus (qui, ut hodierno non multitudine, ita nec malitia comparandus est) surrexit aduersus sanctum virum, ita, ut aufugere cogeretur: & cum ante Romam conditam, impiorum eius legibus, fratris pericidium sit ortum: Quid si istae Roma, impiissimae & plusquam diabolicae leges, quae Christianorum fraternitatem occiderunt, in primis illis praefiguratae sunt: sed quorsum me odium in Babylonem abripit: uenio ad literas tuas.

**S**cribis Lutherum multis immodicum uideri in Ecclesiarum ritibus, seniorum statutis, atque adeo in sacramentis reprehendendis. Atque quid uel ego sentiam uel quid in hac parte pro Lutero habeam petis ut breuiter tibi significem. Quamquam non nescius sum te omnia uidere, tamen quia nihil uis, nisi, ut cognoscas iudicium meum, breuissime accipe, non ut Lutherum defendam, quod ut non possum, ita tu non petis, atque nec opus ei est.

**P**rimum, Apostoli & Martyres Ecclesiam apud gentes excitauerunt, tanquam agricolae ex deserto culta noualia & omnino amoenam habitationem facientes, & greges errantes & dispersas, in pascua & stabula colligentes, his mortuis, successores otiosi, omnia parta detorauerunt, neglecta cultura, post hos uenerunt, qui oues mactauerunt, omnibus mis

## H. V. G. V. A. L. D. I. E. P. I. S. T. O. L. A.

bus miserime vastatis, Nunc igitur incultus & malus desertum est quod unquam fuerit. Si quæ reliquæ sunt veteris culturae, factæ sunt bestiarum latibula. Idcirco Luthero conati hæc rursus instaurare, multa vehementius mouenda, excutienda, & quatienda, & extirpanda quædam prorsus, ut serpentes & omnes bestiae fugiant. Cogitare igitur debet quibus æquo liberior esse uideatur, ipsum non res sed rerum abusus reprehendere. Quemadmodum, a nemine uinum sed æbrietas, a nemine ignis sed nociva mortalibus incendia, male audiunt, quin omnes, optimas illas dei creaturas laudant: Sic Lutherus imposturas & præstigias, quibus populo imponitur, & animæ miserorum perduntur, non Ecclesie ritus & seniorum decreta damnat. Et sicut quando parentes cupiunt ut puerorum grandiorum animi a nucibus ad seria & maiora assurgant, illas res, quibus nolunt ipsos diutius ludere, eleuant quantum possunt, ut pueri contemnant: Ita Lutherus caerimonias illas extenuat, quantum licet, licet autem quantum potest, ut confidentia & presumptione in eas deposita, fide & misericordia dei salui fieri homines studeant. Nec hunc statum Ecclesie perturbari uult, tantum admonet nos fraterno animo nostræ cæcitatæ & miseriam, qui omnibus hostibus nostris insigni infelicitate uoluptati sumus, & quod alios hæreticos & schismaticos calumniamus, nos sumus schismaticissimi & plus quam hæretici: cum a nostra parte idolum Romanum habeamus, a parte illorum Christus cum suo Euangelio stet. Lutherus igitur non plus facit quam decet Apostolum, & licet Christiano.

**O**portet Ecclesiam penitus renasci & purgari, atque id nisi cito fiat tu pro tua prudentia facile uides quid futurum sit, onerata enim tanta terræ mole semper deorsum labi necesse est. Et sicut homo, corpore humoribus oppletus, portuosus in die cogitationibus, in nocte somnis, uer-

AD HIERONIMVM ARTOLPHVM.

xatur: ita Ecclesia impinguata & diuitiarū sordibus plena, mōstra diabolicarum legum magis ac magis somniet. Et quemadmodū, hūmore uitali & naturali decreſcēte (ut ſit quando luna decreſcit) excrementitia humiditas augetur: ſic in Eccleſia cernimus, dum uerbū dei minuitur, humarinas, mendaces, & peſtilentes traditiones indies multiplicari, ignem & ſulphur ſuper nos pluī, & ſic quo ſol longius recedit, tāto ppius hyems irruit. Sed de his corā pluribus.

**H**ortaris me ad ſacerdotiū, ſed ita ut concedas atq; adeo laudes mihi cōnobiū, qđ eſſet huic uitæ rationi aptum, non frequens, in quo poſſim in Chriſto, & literarū ſtudijs, & in rebus ruſticis philoſophari. Sed dic obſecro, mi Hieronyme, ubi tale cōnobiū poteſt inueniri, quale me cōtere dixi: Vbi ſint fratres congregati in Chriſto, qui ab otio abhorreāt, & uictum manibus quærant, qđ tempus ſuper eſt orationibus, & ſanctis ſcripturarum ſtudijs impendant, qui liberi ſint, non Romanēſibus traditionibus capti & oppreſſi: Qualia patrum antiqua monaſteria fuerunt, gymnaſia, ſcilicet, Chriſtianæ libertatis exercenda: Ante q̄ autem ſim in tali militiā exercitatus atq; tritus, nō mihi perſuadebis, ut miniſterium uerbi (quod ſolam facerdotem facit) aggrediar: Oportet enim ut ſacerdos potens ſit in uerbo & opere. Vexatio autem ſola dat intellectum, & a mandatis tuis intellexi, inquit propheta: Ego puer adhuc nihil expertus & ppeſſus ſum in ſpiritu: quare mores uitæ meæ non tales ſunt, ut coram hominibus lucere poſſint. Moſes ante ouium paſtor fuit q̄ hoīm: diſcipuli Chriſti ante piſces ceperunt q̄ hoīes: Ita mihi prius in his ſtudijs, de qbus nobis ſæpe ſermotinatio fuit, laborādum. Itaq; ſequar illas aues quæ poſt hyemem, pariūt, & in greges conuolant. Certe ſic olim ſanctos patres feciſſe accipiimus. Quemadmodum enim aues quædam, pductis in ſolitudine

HUGVALDI EPISTOLA

solitudine pullis, se in agmina coniungunt: Ita solebant olim in Ecclesia bonæ uoluntatis homines migrare in solitudinem ad se exercitandum, & carnem domandam, deinde in cœnobium conuenire, postremo ex cœnobio ad ministeriũ uerbi (tanquã oratores ex scola in forum) accedere. Sed de hac re cõsultabimus ubi ad uos rediero, tibi enĩ uitam & salutẽ meã non leuiori curæ esse quã mihi ip̃i scio, & uere Christiani animi tui uel cogitationes, mihi oracula sũt. Vale in Christo q̃ faueat multis tuis. Ex Schonẽberga. Anno, M. D. XX. mense Septembri.

**D**OMINO MAGISTRO GEORGIO  
Cradolpho, amico suo, Vdalric<sup>o</sup> Hugualdus,  
pacem & salutem in Christo, precatur.



**N**IMVS meus plurimis tecum confabulari gestit, per literas, quãdo aliter fieri non potest, & te, pro tuo in me amore, uehementèr idem cupere scio. Hac enim causa, literis tuis occasionem immo necessitatem, (nam religio est mihi tali amico quicquã negare) prolixius scribendi obtrudis. Sed quid faciam? non hora scripturo conceditur, festinat enim adeo tabellarius. Et materia illa, quã misisti, nõ libro, nedum epistola complecti posset. Quamobrem in Phisicis quæstionibus salutum facere oportet, de omnibus tñ dato tempore, aliquid: Et si apud te sint qui id melius tibi possent prestare: Perinde facis ac si ex Heluetia in Galliam pro auxiliariis militum copijs mitteretur, sed non uacat superuacuis nugari. Illud attingere ex oibus potissimum placuit, sed summis labijs, quã scribis te ea quæ de solis, lunæ, stellarumquã, magnitudine & forma traduntur, non capere, & illa quibus

A iij hæc



AD GEORGIUM CRADOLPHVM

hæc probentur animo tuo non satisfacere. Cuiusmodi trægœdia huic quæstioni opus esset tu ipse uides: Ego igitur breuissime saltem cogitationē tuam, ab illis morosophorum & uniuersitatum nostrarum nugis, ad ueritatem nūc reuoco. Nec tibi impossibile uideatur, quod tot seculis tot homines reperire nō potuerūt, unum inuenire, nec enim inauditum est, tam & si illos qui primi solis & stellarum admirabilē magnitudinem cōmenti sunt, in mea, quam audies, sententia fuisse contenderim: qui semper a uulgo admirari q̄ intelligi maluerūt. Quos nos nō intelligentes dum ex sole & luna globos fecimus, infinita monstra admittere, credere, fingere coacti sumus (ut sunt Antipodes &c.) Sic ubi semel a recta aberrauimus in multos incidere oportuit errores. Sed quid? præfari tempus nō sinit, uerbo & simplicissime, sic enī ueritas doceri contenta est, accipe. Vides ignem, inclusum & sine spiritu, natura esse non posse, necessitas est igitur, ut æther ille igneus spiraculum, ut sic dicā, habeat, quare aer in parte, quā hinc uocamus orientem, aperire se incipit, ruptus, scilicet, ignis uolentia: Et ita postq̄ progrediēdo uel ad finem mundi uel longius q̄ ut spiritum habere possit ignis, ubi inceperat aerem secare, uenit, rursus erumpit in oriente &c. Et ita sol nihil est aliud quam os ignis: per quod an ignis humore, tanq̄ lumē oleo, nutriat nihil affirmo, certe humoribusq̄ attrahit, & hoc elemētum solū nutriri exigit, etiam ubi elementa omnia, in animantibus coierint, ignis nutriendi facit necessitatem & quæ ad hoc pertinent ipse operatur &c. Igitur mecum sic sape & multarum rerum causæ notissimæ tibi erunt, quas tu tam miraculorum & portētorum loco habes, ut sunt, quomodo tonitrua & fulmina cōtingant quando sol obductis nubibus strangulatur, quæ  
sic causa

HVGVALDI EPISTOLA.

fit causa, q̄ est orbis pars, cui dies est sex mēsiū, nec miraberis aliquādo tres simul uel plures soles uisos &c. iam ex hac nera solis cognitione, & lunæ naturā perspicias, eadem est fere enim ratio. Et quō ignis per aera splēdeat, ex quo splēdore nos stellas somniamus, colliges facile ex solis uera notitia. Hinc & intelliges quō stellæ cadere uideānt &c. Nunc intelligis stellarum & solis magnitudinē, sed ita ut stella quaelibet sole minor non sit, quia unus est ignis &c. Accede tu iam nūc ueritati, oīa p̄pediē copiose exponam & fortassis nō tibi soli, cōtraria omnia refellā, & ostēdam quā pulchre ad meā sententiā accedāt: ueritas omnes ad se trahet, properandum ad alia.

**D**isputatione mea, quā nuper a me accepisti, de mortalium rebus uanis & inanibus, scribis te, a multis opinionibus stultis liberatū & multo liberiorē factū quam antea, tū te non posse intelligere q̄ dixi animacula illa q̄ cū sole oriente nascunt, cum occidēte moriūtur, nō esse breuioris uitę q̄ homo annorum centū. Sic intellige (nō enim oportet te trahi argumētis q̄ sponte seq̄ paratus es) Quēadmodum testudini, quæ toto die uix passum serpere potest, uia sua non est breuior q̄ equo sua, qui die uno, triginta milia currendo superat, sic etiā uerilimile est, unum annū aliq̄ animali esse q̄ aliq̄ mille sunt, Hoc mō etiā deo mille anni nō esse horam credunt recte. Quod dicis te magis iam mortem horrere q̄ ante, q̄ scripsi in eadē disputatione: Homini, quāto in maioribus malis cōstitutus est, tātō longiora tēpora sunt, hinc nō dubito in extremo & maximo hominis dolore, quādo, scilicet, expirat, unā horā, duobus mensibus longiorē esse. Nō hæc dixi, ut timeres mortem, sed, ut uideres q̄ omnia reuera nihil sint quæ hoī in huius uitæ umbra accidere possunt.

**Q**uæris an oīno nullæ in Ecclesia leges necessariae sint: Christus

AD GEORGIUM CRADOLPHUM

Christus lex est nostra, iustis alia non est posita, ipse est sol  
iusticiæ, post cuius ortum non est quod hominum facultas luceat,  
omnes abscindendæ & extinguendæ sunt. Sed, uæ nobis, quemad-  
modum cæci Iudæi non dum alium hunc diem uidentes sua lu-  
mina adhuc retinent: Ita nos infani, miserrimique homines  
obcæcamur impostorum luminibus uel potius plusquam tene-  
bris, ita ut credamus nos eis in mediâ luce indigere. Quare  
in uniuerso Christiano orbe regnat fera erinnys. Et  
*ἔστι κόσμος ἄκοσμος ἀπολλυμένων ἀνθρώπων* ut, Sibylla olim præ-  
dixit. Sed quod recordor quod uobis amicis per miseriam, quam  
culpa tua esset, qui talē adfers quæstionē, taceo tamen, quia non  
tamen uobis per miseri sed etiā genio meo uouit, me nihil unquam in  
quemquam quicquam acerbe & immodeste dicturum, & uotum hoc  
sanctissime, uel constantiâ gratia, seruabo.

**I**n Græcis literis incube, ut cœpisti, natura enim uides nos pri-  
us loqui discere, quam sapere. Tu apud nos saepe uidiisti gallum no-  
strum, uirum prudentem ad astutiâ usque, in nostra lingua bal-  
butientiē, quibus ignoratus erat stultum uisum, atque pueris risum  
mouisse: Ita se res in literarum, mihi crede, studiis habet.

Quod scribis Lutherum nostrum apud uos Parricis omnibus,  
nisi uel indoctissimis uel pessimis, sume placere: & quos-  
dam ualde timere ne uincatur. Gratulor non tam Luthero  
quam ipsis qui Christum dei gratia agnoscere merentur. Vir ille  
inuitus est, quare iube eos qui ei timent, in utramque aurem dor-  
mire: Sicut calida aqua in fontem gelidum infusa frigidiorum  
eum facit: Ita hostes Christianæ libertatis, omnibus insidijs,  
grauissimis persecutionibus (nihil enim non ab eis tentatur)  
Lutherum, fontem qui iam totam Germaniam &, ut audio, pene  
etiam Galliam, Euangelica doctrina potauit, quotidie for-  
tiores & alacriores in Christo Iesu reddunt, sed rursum  
obliuiscor mei. Vale & expecta me ad futuram natiuitatem  
Christi, interea respondebo nihilominus ad illas literas  
tuas,

HUGVALDI EPISTOLA

tuas, cogit me iam ut manum de tabula tollam nuncius,  
quem colloquio & obsecrādo, hęc scribens, usq̄ aliquan-  
tulum detinui, ut ex ip̄o audies. Anno, M. D. XXI.

**O**PTIMO VIRO, SVMMOQVE AMICO,  
domino Vdalrico Zinck, Vdalricus Hugual-  
dus foelicitatem exoptat.



**M**OR tuus in me magnus haud dubie  
est, ut quem tam lōge absens sentio, &  
qui tā diu nō interpellatus nō frigescit.  
Nequeo mirari satis ignē tam diu negle-  
ctum, adhuc flagrari. Ex natura nullam  
possum reperire causam: Nisi uel uerum

fit, quod quidā Philosophi dixerūt, animū hoīs tā fortem  
atq̄ tam diuinū esse, ut eius fides naturam uincat, credidi  
enim semp̄ cōstātissime & indubie, te me amare: Vel illud  
nō sit falsum, qd iam nō tm̄ Philosophi, sed ip̄m uulgus  
dicit, nō posse fieri ut ille q̄ unum ex animo amet, non ab-  
eodē mutuo amet. Tantæ curæ tibi esse fortunā meam au-  
dio, ut donec mihi certa sedes cōtingat præ expectatione:  
nō possis fieri tranquillus. Sis latus, sum ditior ditissimo,  
nā mihi nihil deest, quia nihil cupio. Nup̄ in altū mōtem,  
q̄ est Christus, ascēdi, ac magis de die in diē ascēdo, quoq̄  
altius uenio, tāto terra, & oīa quæ hoībus magna uident̄,  
minora & uiliora mihi apparēt. Video, ut hoīes mūdum,  
ac histriones theatrū, ingrediant̄ nūdi, uarias p̄sonas indu-  
ant, stultissimis & uanissimis studijs occupētur & misere-  
rucient̄, moxq̄, nudi prorsus, egrediātur, nihilq̄ referre  
quā p̄sonā habuerint, regis aut priuati, diuitis aut paup̄is.


Præterea multa alia quæ alijs t̄pibus ex me audies.  
**U**luenilis in scriptis meis feruor, tibi nō solum displicet, de-  
testor enī & ego ip̄e meā ineptiā, & puerilē imprudentiā:  
non solum

1844642


AD VDALRICVM ZINCK

non solū immodestiā, quā tu solā in me notas, sed magis  
diffluentē & dissolutā atq; indispositā balbutiē. Sed hic  
uentā mihi debet, nā periculū solū facere uolui, me enī iā  
inuidū recepi postq; sensi mihi nō esse pēnas, quę sufficiāt  
cū doctorū nrī seculi grege, uolaturō: maxime cū uidi aūē  
nup euolatā oīum insidijs & predā expositā esse, qd̄ scz,  
spes sit ppter impotētiā uolādī capi posse, ut ego, q uixdū  
caput exiul; expertus sum, tutiusq; esse phēbi cōsilijs quā  
curribus uti cognoui. Sinā itaq; alios dare lumina terris,  
Quod autē in scribēdo religionis Christianæ modestiam  
nō serualle uideor, facile me excusare possem, tñ amicorū  
precibus & cōsilio, malēs q̄ meo zelo obsecūdare (cū uide  
am me cōtemni ab hostibus, tñ abesse ut aliqd contra eos  
possim) cedā ex harena, modo liceat, agamq; spectatorē:  
Id qd̄ tu & oēs mei alij amici a me flagitant. Quare uobis  
pmitto me nihil unq; in quēq; acerbe scripturū uel dictu  
rum: si modo potero pace hac p aduersarios frui: Vbi enī  
mihi hæc pax negabit, experiar qd̄ ueritas cōtra mē dacia,  
Heluetijs iudicib⁹, possit. Memores sint (ut modeste dicā)  
hoīes, ppriæ uitæ cōtempores; aliorū uitæ dños esse &c.  
Pax nobiscū oībus sed in Christo. Vale, & expecta qd̄ in  
pacis studijs possim, & scies quantū opus natura fauente,  
ab operē Minerua repugnan te factum distet. Deum opti  
mum maximū precor ut omniū salutī consulatur, Amen.  
Ex Schonenberga, Anno, M. D. XXI.


**C** F I N I S .











cti prudentiores filius lucis in generatione sua sunt. Et ego uobis  
dico. facite uobis amicos de mamona iniquitatis ut eu de secri  
is recipiant uos in eterna tabernacula. of. Iustis dñi. Secreti  
u scipe munera qñ dñe quqz tibi de tua largitate deserimus ut  
ogge sacrosca miferia gratiqz tuqz operante uirtute presentiu  
qz nos conuersione scificent. & ad gaudia sepi na pducant. f.  
Dat. Et tua misericordia exorare ut te amuente ualea. Ite factu  
mus quqz mala scant declinare. & quqz bona sunt consequenter  
explet. Et quia nos fecisti ad tua sacramenta peruenire tu  
de mēditer in nobis eorū munus operare. f. xp̄. cō. firmū quente  
regñū dei & omā adicietur uo bis di. eic dominus. Ad sept.  
Sic nobis dñe reparatio mentis & corporis egleste miferiū  
u. c. u. n. s. ex eamur actionē sentiamus effectū. f. v. i. t. a. u. s.

